

## LITURGIE GALLICANÆ FRAGMENTA

*Litteris maximis in Ambrosiano palimpsesto scripta.*

(Apud Maii, Script. vet. nov. Collect. tom. III, p. 247.)

. . . . quis non diligat, cujus filium scit pro sui redemptione suspensum? Quis non metuat, quem scit in iudicii majestate venturum? Debemus interim timere, quod dominus est; et amare, quod pater est: utriusque satisfactione subnexi<sup>1</sup>, filiorum affectu, et servitute famulorum. Per Dominum nostrum.

Invitemos<sup>2</sup>, fratres karissimi, redemptoris nostri serenus<sup>3</sup> oculos, et benignus auditos.

CONTESTATIO. Dignum et iustum est, vere æquum et iustu<sup>4</sup> est, nos ingenitæ bonitatis tuæ profunda laudare, domine sancte pater omnipotens æterne Deus, qui detersis tenebris. . .

. . . . et in præsentî requiem, et in prima resurrectione participes. Per Dominum nostrum.

Praesta nobis, Domine, in domo tua sancta unanimitate viventibus pacem habere quam tradimus, pacem servare quam sumimus (1). Maneat in nobis et sine osculis pax dummodo oscula sine pace non maneant. Per D.

Sancte Domine, semper tuis exorabilis, qui nunquam pia stuorum præces fidelium asperaliter<sup>5</sup> intueris famulorum, orationem familiæ tuæ per. . . sanctæ ecclesiæ membrae dispersæ tutius soliditatis prospiritate<sup>6</sup>, concorpora; et quod præcantium sollicitudine fuit varium, fiat donante tuæ misericordiae liberalitate. . . .

. . . . Sine qualitate bonum, sine quantitate magnum, sine situ præsentem, sine ambitu omnia continentem<sup>7</sup>, sine loco ubique totum, sine tempore sempeternum<sup>8</sup> sine ulla sui mutatione mutabilia facientem, nihili patientem. In hac ergo natura tibi patri spirituque tuo suoque conformis et consubstantialis unigenitus, abjectionem pulveris nostri, celsitudinem tuæ majestatis. . . .

Debitas tibi omnipotens sancte pater referemus gratias, quia sive vivemus, sive morimur, tui sumus. Tu enim perditionis legem supra humanum genus, peccante vastante et dominante, per unigenitum tuum reconciliatus co. . . . as; et hominem qua potestate ex humili materia figurasti, eadem de sinu terræ suscitabis. . . . sanguine filii tui hereditas acquisita,

## VARIE LECTIONES.

<sup>1</sup> ita cod. e pro i. <sup>2</sup> ita cod. Et in seqq. <sup>3</sup> ita cod. <sup>4</sup> ita cod. quia videlicet m liquescebat ante vocalem. <sup>5</sup> ita videbatur in cod. <sup>6</sup> ita cod. <sup>7</sup> cod. habitu omnia continens. <sup>8</sup> ita cod. <sup>9</sup> ita cod. <sup>10</sup> ita cod. <sup>11</sup> cod. ordines. <sup>12</sup> ita cod. <sup>13</sup> ita cod. <sup>14</sup> ita cod. <sup>15</sup> ita cod. <sup>16</sup> ita cod. <sup>17</sup> ita cod. <sup>18</sup> ita cod. <sup>19</sup> Cod. solum negotium. <sup>20</sup> Ita cod. <sup>21</sup> Ita cod.

## NOTÆ.

(1) En antiquissimum morem, adhuc apud nos vigentem, pacem invicem in missa impertiendi; quanquam pax nunc per amplexum, non per oscula,

A et alomna<sup>9</sup> paradisi, candedata<sup>10</sup> coeli turba concluditur: ubi secuturus agnum dextri ordinis<sup>11</sup> numerus adgregatur: ubi illa primitivorum ecclesia, de qua fugiet dolor et gemitus, tuis in æternum laudibus militaret<sup>12</sup>, adscribitur. Pacem tuam da nobis, sancte pater omnipotens Deus; pacem tuam relinque nobis; omnia enim dedisti nobis. Per Dominum nostrum. . . . sacerdotis; quem adnumerandum apostolls<sup>13</sup>, martyribus adgregandum. Quicumque gratulamur meritis, suffragiis eragamor<sup>14</sup>; ferat plebiculæ, præsentî sacrificio indefessæ orationis effectu, patrociniî perennis auxilium (2); eamque inserat gratiam mentibus sensibusque cunctorum, ut cujus apostolica veneratione perfecta suscepimus . . . . a te mereamur ejus saltim<sup>15</sup> consequi fidei æmulatione virtutem. Per D. N.

B Post nomina, auditis nominibus offerentum<sup>16</sup>. Omnipotentis Domini misericordiam depræcemur, ut acceptum referat divina dignatio quidquid altaribus suis infert humana sedulitas. Ratas faciat præces et vota cunctorum; et quod devotio inpendit ad gratiam poscentibus profeciat<sup>17</sup> ad salutem.

. . . . . ad quem redi<sup>18</sup> reviviscere: quem nemo amittit, nisi errore deceptus; nemo quaerit, nisi ratione commotus; nemo invenit, nisi corde concupunctus Intentis, fratres karissimi, præcibus exoremus ut mentibus nostris studium requirendi. . . . Per D. N.

. . . . relaxatas cultui sui tanto liceat adstringi; et solo negotio<sup>19</sup> quod et hic et in æternum proderit occupari.

C Post nomina. Nominibus recensitis. . . . consecrandis in. . . . libaminibus imploremos<sup>20</sup>, ut omnium sanctorum suorum intercessionem nos protegat, et reatum delinquentiæ nostræ, eorum depræca. . . .

. . . . sacramenta. . . . calicem habere<sup>21</sup> quem tradebat. . . . oingenæ dominicæ caedis desiderium caritatis!

. . . . occidi velle post Dominum; occisi amorem inter homicidas fateri noveram. . . . .

datum.

(2) En sanctorum invocationem hic et infra.